velicas sexta creavit. Hanc se  
 quitur gundo. post bruais de te  
nephando. Zona tegit solem. p  
mam necat vltima plem.

**Q**uinquagesima veritas q  
 lex fuit data post exiū  
 isrl de egypto quinquas  
 gesimo die post celebraq̄ pasca  
 pe ovis immulacōnem. capitulo  
 vltimo.

Incipiunt veritates ac floēs  
libri decimiseptimi.

**I**n libro decimosep  
 timo prima veritas  
 est q̄ triptita inueni  
 untur eloquia p̄phe  
 tarū quia aliqua sunt ad terrenā  
 ih̄lm spectancia: aliqua ad ce  
 lestem: nonnulla ad vtramq̄.  
 ca. iij.

**S**ecunda veritas q̄ mul  
 tum videntur errare qui  
 nullas res gestas in lit  
 teris diuinis aliquid aliud pre  
 ter illud q̄ eo modo geste sunt  
 arbitranē significare. et ita eo dē  
 modo illi multum audent q̄ om

nia prorsus significati omibz ali  
 legoricis inuoluta esse ostendūt  
 ca. eo dē.

**T**ercia veritas q̄ illi potē  
 tes scz apostoli dixerūt  
 Ecce nos reliquimus  
 omnia et secuti sumus te. hoc  
 inquit augustinus votum poten  
 tissime vuerunt. capitulo q̄cto

**E**x quo dicto accipiunt qua  
 tūde theologica argumenta.

**P**rimum est q̄ apostoli vna  
 runt omnia cristi consilia quia  
 relinquire sic omnia sicut petrus  
 dicebat non cadit sub precepto  
 sed sub consilia. Et nō potēst

assignari ratio quare magis v  
 uerunt illud consilium q̄ alia q̄  
 magis faciebant ad perfectiō  
 nem directe. ymmo minus vide  
 retur.

**S**ecundum argumen  
 tum est q̄ melius est cristi aucto  
 dice consilia cum voto q̄ sine vo  
 to quia apostoli illud quod erat  
 melius elegerūt quando ad sta  
 tum perfectum fuerunt assumpti  
 in ecclesia militate.

**T**ertium  
 argumētum q̄ ipsi vuerūt xpi consi  
 lia in sūmo ḡdu s̄m sp̄z in quo  
 obseruari possūt qz dicit q̄ p̄fec  
 tissiē vuerūt. i. potētissiē. Quas  
 tū argumētū q̄ ipsi renūctiauerūt  
 cebo t̄palibz q̄tum p̄t renūctial  
 s̄m eāz; rācōz; qz dicit q̄ relique  
 rūt omnia in illo gradu p̄fōis

**¶** Est aut̄ intelligendū q̄ istud  
 consilium potētissime uulisse apo-  
 stolos. potest intelligi dupliciter  
 Aut infra ambitū istius consilij  
 ut uouerunt ipsum in sumo gra-  
 du in quo obseruari potest Aut  
 in compacone ad alia consilia ut  
 istud consilium plus uouerunt q̄  
 aliqd̄ aliud. et istud scdm̄ non ē  
 rationabile. quia cū multa alia  
 consilia xpi sunt magis p̄cipa-  
 lia circa bona meliora q̄ sunt bo-  
 na fortune et eorum carēcia nō  
 est uerisimile q̄ consilia minus  
 principalia magis p̄cipaliter  
 uouerūt. Et ideo prior̄ intellec-  
 tus uidet̄ melior̄ :

**¶** Quarta ueritas q̄ quadra-  
 ginta annos saul regna-  
 uit super isrl̄ q̄n̄ fuit ei  
 dictum āno p̄mo regni  
 sui dirupit hodie deus regnum  
 isrl̄ de manu tua ut intelligam⁹  
 ait aug⁹. dictū q̄ nullus de ei⁹  
 stierpe fuerat regnaturus. capitu-  
 lo .vij.

**¶** Quinta ueritas q̄ nichil  
 ualet testamentū uetus  
 nisi q̄ testimonij p̄hibe-  
 bet de nouo. ca. eodē. Et itē  
 est tal̄ quam alibi assignat au-  
 gustin⁹ q̄ uale est inter fianos  
 seruare iudeos ut sc̄ eoz̄ scrip-  
 tura testimonium p̄hibeat fidei  
 nostre ne forte pagani quos lu-

crari uolumus suspicent̄ a nob̄  
 ista fuisse ficta :

**¶** Sexta ueritas q̄ ubi dis-  
 citur deus penituisse in  
 scriptura diuina muta-  
 tio rerum significat̄ immutabili  
 p̄manēte p̄sciencia dei. q̄ dix-  
 it deus q̄ penitebat q̄ constituit̄  
 saul regem. ca. eodē.

**¶** Septima ueritas q̄ uiuē-  
 te dauid salomon reg-  
 nare cepit et tamen ait  
 nulli alioz̄ regum hoc contigit̄.  
 ca. viij.

**¶** Ex quo dicto accipi-  
 unt̄ duo politica documenta :

**¶** Primum q̄ duo reges possunt  
 simul in eodē regno regnare. q̄  
 dauid et salomon simul regna-  
 uerunt. **¶** Scdm̄ q̄ patre ui-  
 uente filius potest in eodē regno  
 coronari et ungi ut salomon q̄  
 fuit coronatus adhuc uiuēte et  
 iubente dauid et intronizatus  
 et unctus :

**¶** Octaua ueritas q̄ nō est  
 recipienda illoz̄ opinio  
 qui dicunt dauid nō fe-  
 cisse nisi illos psalmos qui pre-  
 notatur nomine eius q̄ p̄bat̄  
 p̄ euangelium ubi ueritas ait  
 q̄ modo ergo uōt̄ eum dauid in  
 spiritu dicēs. dixit dominus do-  
 mino meo sede a dextris meis.  
 q̄c. Unde dicit aug⁹. q̄ credibi-  
 lius est q̄ ip̄e dauid fecerit oēs

psalmos. **D**icit etiam ibidem  
augustinus qd dauid quandoq;  
prenoauit psalmos nonne a/  
liorum: significando aliqua que  
pertinebant ad illos. Et dicit  
iterum ibi qd aliquando posuit  
nomina quorundam prophetarum  
in illis titulis qui nondum e/  
rant: sicut iohas fuit preno/  
minatus p trecentos et plures  
annos.

**N**ona veritas qd nullum  
peccatum fuit ieroboam  
quando pugnavit seu re/  
bellavit contra roboam volentem  
patris tyrannidem exercere: cuius  
signum dat quia roboam fuit  
it prohibitus pugnare contra  
eum voluntate diuina. capitulo  
vicehimo primo. **E**x quo dicto  
accipiuntur duo politica documē/  
ta. **P**rimum est qd licet popu/  
lo rebellare contra tyrannidem qd  
ista rebellio contra tyrannidem fu/  
it sine peccato. **S**ecundum qd  
tyrannus populum cogens ad re/  
gressum peccat mortaliter quia  
ibi cadit prohibitio diuine vo/  
luntatis sicut in h dicta.

**D**ecima veritas qd in regi/  
bus iuda aliqui fuerunt  
pii alij impij: sed in re/  
gibus israhel omnes fuerunt re/  
-

probi facta diuisione regnorum  
capitulo xxiiij.

**V**ndecima veritas qd ius/  
dei post captum templum  
septuaginta annis fue/  
runt incaptiuitate. capitulo eo/  
dem.

**D**odecima veritas qd ex/  
quo iudei redierunt de  
babilonia post malachi/  
am aggeum et zachariam et el/  
diam qui tunc prophetisauerunt  
non habuerunt prophetas vsq;  
ad saluatoris aduentum nisi  
zachariam patrem beati iohan/  
nis baptiste et elizabet cristi na/  
tiuitate iam proxima et cristo/  
iam nato simeonem senem: et  
annam viduam ac iohannem  
baptistam nouissimum. capitu/  
lo ultimo. **E**x quo dicto ac/  
cipitur vnum notabile qd esdras  
fuit propheta et licet prophē/  
tia eius non sit in canone vide/  
tur tamen esse autentica. Et cō/  
firmatur per hoc qd beatus am/  
brosius allegat ipsam tamq;  
aumenticam accipiendo illud  
dictum illius prophete. **M**one/  
tur filius meus ihs et oueretur  
seculum.

**E**xplicuit flores libri decimi  
Septimi.

**I**ncipiunt veritates ac floes  
libri decimoctauo.

**I**n decimo octauo libro  
prima veritas est qd ni-  
nus bely filius post ipsu  
belum exilens secundus rex as-  
sirioum cuius tēpore natus fu-  
it abraham in terra caldeorum  
ymuetsam asiam reperitur suo  
imprio subiugasse. **U**nde di-  
cit aug<sup>9</sup> qd in p̄mis tēporib<sup>9</sup> nul-  
lum fuit maius imprium q̄ as-  
siriouū. **E**t ibi refert qd fimiā  
mis mater nini fuit ausa ipsum  
ad incestum prouocare. et ideo  
ab ipso fuit interempta. hanc  
inquit aug<sup>9</sup> pucat aliq̄ odidisse  
se babiloniā quia potuit ipsam  
instaurare. ca. p̄mo.

**S**eunda veritas qd io-  
seph in egypto mortuus  
est centū xx. annoz post  
cuius mortē populus dei mirabi-  
liter crescēs māsit in egypto cē-  
tum q̄nquaginta annis tranq̄l-  
le donec morerent quib<sup>9</sup> ioseph  
notus fuerat. ca. vij.

**T**ercia veritas qd athlas  
diciē fuisse magnus as-  
trotologus. unde occasi-  
onē fabula inuenit vt eum por-  
tare celos fingeret.

**Q**uartā veritas qd antiq̄  
aus vocabantē poete qui

carmina de dijs facere solebant  
ca. vi.

**Q**uinta veritas qd ministe-  
ria demonū possunt im-  
mutare spēs hominū in  
apparentia. **U**nde dicit qd cum  
esset in ytaliam audiuit illic sta-  
bularias esse mulieres q̄ aliq̄d  
dabāt in caseo viatorib<sup>9</sup> vñ illi-  
co in iumenta mutarētur et ne-  
cessaria quecumq; portabant  
postea ad se redibant nec tamē  
mentē in eis fieri bestialē sed ra-  
tionalem seruari sicut apulei<sup>9</sup>  
scribit sibi accidisse vt accepto  
veneno asinus fieret animo hu-  
mano p̄manente. qd inq̄t aug<sup>9</sup>  
aut indicauit aut finxit. **D**icit  
autē aug<sup>9</sup> eodē ca. qd ista inu-  
tata sunt aut falsa vt merito nō  
credant. **F**irmissime tamen  
ait tenendū est deum omnipō-  
tētem omnia posse facere. et di-  
cit qd licet demones naturas n̄  
creent tamen creatas ita immu-  
tant vt videantē esse quod nō  
sint. et ideo dicit qd corpus hu-  
manū in iumētū figurā arte de-  
monum mutari non potest sed  
fantasticū hominis qd sompni-  
ando diuersimode immutat ef-  
ficacius possunt demones im-  
mutare vt videretur asinus esse  
homo dum vigilat. et p̄ istum  
modum possunt omnes vidētes



mutare ut omnibus idē videat

**S**exta veritas q̄ tempore salomonis apud latinos condita est alba ex qua deinceps nō latinoꝝ s̄ albanoz reges appellati sunt. ca. ix.

**S**eptima veritas q̄ tempore quo romulus apud romā et ezechias regnabat apud iudeam fuit sibilla q̄ dicitur erichia que de cristo manifeste conscripfit per xxvii. versus: quoz in greco si p̄me littere accipiuntur et postea p̄ ordinē versuum iungantur reddunt istū titulū. **I**hs cristus dei filius saluator. **E**x quibus hic q̄nq; ponunt ad declarandum in p̄ma dictione. **P**rimus est Iudicij signū velus sudore madescit

**S**ecundus iste **E** celo quoq; rex veniet per secula futurus. **T**ercius **S**c̄z in carne p̄sens ut iudicet orbem. **Q**uartus **V**num deum cernent incredulū atq; fidelis. **Q**uintus **S**ic amine cum carne aderunt quas iudicet ipse. **I**ste autē q̄nq; littere a p̄ncipis versuum sūp̄te faciunt istud nomem ihs. et sic vsq; ad finem carminum eius. **D**icit autē ibi aug⁹ q̄ ille qui de greco in latinū transtulit versus sequentes corrupit eosdem multipliciter. **I**ntelligendum

est tñ q̄ ibidē dicit aug⁹ q̄ ista sibilla sic loquitur ut in eoz numero oputanda esse videat qui p̄tinent ad ciuitatē dei. **E**t sic patet q̄ falsa est eoz opinio q̄ dicūt q̄ omnes p̄phete sibille fuerunt a spiritu malo: sicut cōte. debant coram me semel duo magni doctores.

**O**ctava veritas q̄ regnate apud hebreos sed et christi: et apud latinos t̄t quino p̄sco ductus est populus iudeorum captiuus in babiloniam. et eo tempore pictagoras claruit vñ cōtū est nomen p̄phete. ca. xi.

**U**na veritas q̄ p̄ istud tēpus captiuitatis iudeoz cyrus rex p̄sarū q̄ et caldeis et assirijs impabat relata aliquāta captiuitate iudeoz q̄nq; ginta milia hominū ad restaurandū tēplum regredi fecit a quibus t̄m p̄ma cepta fundamentorum edificata sunt quia p̄ hostes impediti sunt: dilatūq; est opus vsq; ad darium per quod tempus gesta sunt illa que habentur in libro iudith quem iudei in canone non recipiunt. sub dario ergo rege p̄sarum impletis lxx. annis quos iheremias propheta dixerat soluta est tō captiuitas et libertas redibita

regnante septimo rege roma/  
noꝝ tarqno capitulo nono . et  
sic pat; secundū predicta q̄ ille  
nabugodonosor cuiꝝ milicie p̄n  
ceps fuit holifenes . fuit cirus  
p̄seus quia eius tēpore fuit fac  
tum miraculum in iudith . hunc  
cirum putant aliq̄ fuisse filium  
assueri et hester .

**D**ecima veritas q̄ meli  
us habent illi codices q̄  
habent in cantico aba  
cuc in deo ihu meo q̄ in illis q̄  
habent in deo salutaris meo quia  
nomen ihu nob̄ est amicitius  
et dulcius nominat̄ . ca . xiiij .

**U**ndecima veritas q̄ p̄  
tres p̄phetas istos aḡ  
geū ; achariam ; et mala  
chiam per idem tēpus liberatio  
nis primo ex babilone scrip̄it  
esdras qui magis rex gestarum  
scriptor habitus est q̄ p̄pheta  
sicut liber hester non longe ab  
istis tēporib; . Et sic habetur q̄  
beatus auḡ . non facit hic men  
tionem de tercio libro esdre . vñ  
hic accipit̄ argumentum q̄ iu  
dith p̄cessit hester . et tunc cir  
mater non fuisse hester sed pot̄  
dath qui fuit multū favorabilis  
iudeis . . .

**D**odecima veritas q̄ iu  
dei non habent libros  
machabeoꝝ pro canoni

as sed ecclesia p̄pter quādam  
martirū passiones vehementes  
atq; mirabiles acceptavit . capi  
tulo xv .

**T**ridecima veritas q̄  
sociates floꝛuit post es  
dre tēpora qui sociates  
inquit in moralib; tenuit prin  
cipatum . Et ibidē dicit q̄ lingua  
grecā inter ceteras seculi linguas  
magis floꝛuit in philosophia .  
ca . eodē .

**Q**uarta decima veritas q̄  
merito suspecta habent̄  
in hystorijs que nimie  
antiquitatis tēpore p̄feruntur .  
ca . eodē .

**Q**uinta decima veritas q̄  
moyses in populo dei cō  
stituit qui docendis l̄is  
p̄cessent prius q̄ diuine leges  
vllas litteras nossent capitulo  
eodē .

**S**exta decima veritas q̄  
astrologia et alie huius  
modi sciencie magis va  
lent ad excercenda ingenia q̄  
ad illuminandas mentes vera  
sapientia solet valere . ca . xvi .

**D**ecima septima veritas  
q̄ frustra garrunt aliq̄  
dicentes ex quo egyp  
tus raciones siderum comp̄hen  
dit centū milia annoꝝ transisse  
ca . eodē . quia dicit q̄ non sunt

nisi duo milia anni q̄ ipsi egyptij a magistra sua yh̄ide didicerūt litteras. Et dicit q̄ moyses et athlas fuerūt cōtemporanei. Vñ declarat q̄ in sapientia patris arche phos processerunt fm̄ tēpus.

**D**ecima octava veritas q̄ nos xp̄iani in nostre eligiōis historia diuina auctoritate sultā q̄cquid ei resistit nō dubitamus esse falsissimū capitulo eodē.

**D**ecima nona veritas q̄ nichil agit q̄ veniat ad beatitudinē humana in felicitas si diuina nō ducit auctoritas. ca. eodē. Ex quo dicto accipitur argumentū q̄ homo ex puris naturalibus non potest scire viam q̄ tenditur ad beatitudinem. et ideo acceperūt hic doctores solertissimi rāō; ad ostēdendū necessitatē doctrine nob̄ spiritualiter reuelate.

**D**ecima veritas q̄ anaxagoras q̄ dixit solem nō esse deum s̄ lapidē ardētē fuit cōdēpnatus apud athēnas: cum tñ securus ibi viperit epicurus qui nō solum solē negauit esse deum s̄ etiam iouē. ca. eodē.

**D**ecima prima veritas q̄ credit̄ lxx. interpretēs mi-

tabile ac stupendum planeq; diuinum in eoz verb̄ habuisse consensū vt tñ ad hoc opus se pati singuli sederint. ita em̄ eoz fide ptholomeo placuit explorare in nullo verbo qd̄ idē significaret cōtundem valēt: vel in verboz cōdine alter ab altero discrepāt s̄ tanq̄ si vnus ess̄ interpres ita qd̄ omnes interpretati sūt vnū erat. qm̄ reuera dicit aug⁹ vnus spiritus erat in omnibz. ca. xv. Et dicit ibi aug⁹ q̄ de hac int̄p̄tatione acceptū est qd̄ ecclesie latine tenent. ca. vii. Ex quo dicto habet̄ documentū q̄ translacio lxx. int̄p̄tum ē multū auctentica q̄ a spū sancto mirabiliter dictata. Intelligendū tñ q̄ ista tam historiam reprobat beatus iheo⁹. ymo dicit q̄ simul in eadem basilica cōgregatū cōscripserunt et cōditer transtulerunt. Et illō de lxx cellis eis secessū dātis omnino reputat falsū.

**D**ecima sexta veritas q̄ nō defuit tēporibz nr̄is ait aug⁹ pbr̄ iheomin⁹ homo doctissim⁹ et omnū trium linguarū peritus q̄ non ex greco s̄ ex hebreo i latinū eloqum eadem scripturas cūtit. ca. eodē.

**D**ecima tertia veritas q̄ quicquid est in hebreis codicibz qd̄ nō est

apud septuaginta interpretes  
 noluit per istos sed p illos spi-  
 ritus dei dicere . q̄cquid vero ē  
 apud septuaginta in hebreis at  
 codicibz non est : p istos ea ma-  
 luit q̄ p illos idem spiritus dei  
 dicere . ostendēs vtrofzq; fuis-  
 se pphetas . ca . xviii .

**V**icesima quarta veritas q̄  
 cū in iona aliqui codi-  
 ces habeant adhuc tres  
 dies et minue subuertē . et ali-  
 qui adhuc q̄draginta dies et mi-  
 nue subuertē tenendū est de  
 pl secundum codices hebreorū  
 ca . eodē .

**V**icesima quinta veritas q̄  
 apostoli ex vtrifzq; litte-  
 ris scz hebreorū et . lxx .  
 interpretū testimonia pphetica  
 posuerunt . et dicit ibidē beatus  
 aug⁹ q̄ vtrifzq; vtendum est cū  
 qlibet illarum sit vera atq; di-  
 uina . ca . eodē .

**V**icesima sexta veritas q̄  
 alexand magn⁹ imolās  
 hostias in tēplo dei nō  
 ab eius cultū vera pietate cūsus  
 s̄ impia vanitate cum dijs fal-  
 sis esse colendū putans . deinde  
 dicit aug⁹ q̄ ptholomeus lagī  
 filius post alexandri mortē iu-  
 deos captiuos in egyptū trans-  
 tulit q̄s eius successor ptholo-  
 meus philadelphus . beneuolen-

tissime inde dimisit p quē fuit  
 procreata interpretacio lxx . in  
 interpretū . ca . eodē .

**V**icesima septima veritas  
 q̄ quidam nomine arif-  
 tobolus p̄mus fuit qui  
 fuit apud iudeos infimul rex  
 pontifex cui successit tā in regno  
 q̄ in pontificatu quidā nomine  
 alexander crudelis et ferox .  
 post hunc vero vxor eius alex-  
 andra regina iudeorum fuit . ca .  
 xviii .

**V**icesima octaua veritas  
 q̄ pompeius clarissim⁹  
 princeps romanorū ciui-  
 tatem iherlm cepit . tēplum rese-  
 rauit non deuocōe supplicis sed  
 more victoris ingrediens ad  
 sancta sanctorū quo nisi sūmum  
 sacerdotē liceb at intrare . ingres-  
 sus est non sicut venerator s̄ h̄c  
 pphanator . ca . xix .

**V**icesima nona veritas q̄  
 non defuit iudeis prin-  
 ceptis de tribu iuda vsq; ad tem-  
 pus herodis qui fuit alieigena  
 sub quo natus est cristus . Iux-  
 illud . Non eriet sceptrū de iu-  
 da nec dur de femoē eius donec  
 veniat qui mit tendus est . capi-  
 tulo eodē .

**V**icesima veritas q̄ de-  
 us voluit iudeos vbiq;  
 dispergi et nō interfici

vt vbiq; eorum libri cristianis  
testimonium phibeat. In illud  
phetiam Deus ostendit mihi  
sup inimicos meos ne oculi mei  
quando obliuiscantur etiam. ca.  
eodē.

**T**ertium ap̄ma veritas q̄  
non incongrue creditur  
fuisse in alijs gētib; ho  
mines q̄ in iudeis q̄ hoc mis  
terium incarnationis reuelatum  
est et qui hec etiam dicere im  
puli sunt: siue p̄cipales eiusdē  
gracie fuerūt: siue ex p̄tes: siue p̄  
malos angelos docti sunt: quos  
etiam p̄sentem xp̄m quem iudei  
non agnoscebant scimus fuisse  
adfectos. capitulo eodē. **I**stius  
dicti ponit exemplum in iob qui  
nec indigena nec p̄selitus fuit.  
sed ex gēte inquit ydiuina ortū  
ducens ibi mortuus est. cuius  
librum inq̄t iudei pro sui merito  
recep̄t in auctoritate canonica  
quē tertia ḡnacione postea  
fuisse post isrl̄ dicunt. **S**ed  
ortur dubium q̄re beatus ihero.  
scripturā canonicā iudeoz distig  
uens ab agiographis librū iob  
ponit inter agiographa. Et sic  
non sic videt de eoz scriptura si  
cut hic dicit beatus aug. **D**i  
citur autē q̄ iheronimus accipit  
canonem hebreorum stricte pro  
tercia p̄te scripture sacre. hic au

tem augustinus large pro om  
nib; libris quos hebrei reputat  
stineri in diuina scriptura. **S**e  
cundum dubiū q̄ dicit q̄ diuina  
filia iacob fuit v̄t iob. et sic  
non fuit iob in tertia ḡnacione  
post isrl̄ siue iacob. Dicitur q̄  
ista historia de diuina nō concol  
dat cum isto textu. et ideo merito  
est dimittenda.

**T**ertium a veritate  
illi qui in euuāgelio xp̄i  
aliquid prauum sapient  
si correcti vt rectum sapiant resit  
tunt. contumaciter: suaq; post se  
et mortifera dogmata emendat  
nolunt sed de sensate persistunt  
heretici sunt. capitulo xx. **Q**uo  
dicto accipitur argumētū  
quod solus error non facit ali  
quem hereticum sed error per  
tinaciter et contumaciter defen  
satus.

**T**ertium a veritate  
quod per diuinam prou  
denciam procuratur et  
clie de rebus prosperis consola  
tio ne frangatur aduersis. et in  
rebus aduersis exercitatio ne  
corumpatur prosperis. capi  
tulo eodem. **E**x quo dicto ac  
cipitur documentum quod si aut ex  
perdit ecclesie prosperitas ita q̄  
doq; vtilis est aduersitas quia  
aduersitas facit ne corumpat

fiat prosperitas ne frangat. **U**n  
post diuinā pacem ecclesie so  
lent paulatim crescere corrupti  
ones.

**T**ricefima sexta veritas q  
decem persecuciones prin  
cipales quibus ecclesia  
persecuta est aliqui computant  
fuisse et vndecimā antecessi.  
**P**rimam em̄ dicunt fuisse a ne  
rone. Secundā a domiciano.  
**T**erciam a traiano. Quartā  
ab anthonio. Quintam a se  
uero. Septā a maximiano.  
**S**eptimā a decio. Octauam ab  
aurelio. Nonam a valeriano  
Decimā a hypoleciano et maxi  
miano sicut decē plage in egypto  
fuerunt. ca. eodem. **U**stud  
dictum bñs aug⁹ non appro  
bat. tum q̄ persecō iuliani ibi  
fuit obmissa. tum quia persecō  
valentini arciani non est inter  
alias posita.

**T**ricefima quinta veritas  
q̄ illi qui opinant̄ circa  
determinatū tēpus tri  
bulacionis nouissime v̄tuntur  
dicturis et non scripturis. om  
nium em̄ dicit aug⁹. de hīs cal  
culancium digitos resoluit et si  
lete iubet ille qui dicit non est  
v̄l̄t̄ scire tēpora. ca. eodē.  
**E**x quo dicto accipit̄ documen  
tum q̄ hec inq̄sicio est a deo p̄

hibita quia quiescere inq̄t iu  
bet et sic nullo modo licita.

**T**ricefima sexta veritas  
q̄ dii a paganis requi  
siti de panoy religione  
dederunt responsa xpianoy sec  
tam non esse eis strariam. xpm  
vero ab huiusmodi tanq̄ sacri  
legij crimine fuisse immunē. pe  
trum aut̄ subiūperunt malef  
cia fecisse vt coleret xpi nomen  
**U**nde pronunciauerunt cultum  
xpi duraturū nisi per trecentos  
lxx annos deinde completo me  
morato numero annoꝝ sñ moā  
debere finire. **E**t dicit ibi aug⁹  
q̄ ad istam sectam extirpandā  
fecerūt pagani puerum vnus  
anni interfici dilaniari et ritu ne  
fario sepeliri. ca. eodē.

**T**ricefima septima veritas  
q̄ ex quo cristi nominis  
cultus fuit p̄ apostolos  
constitutus añ aliquod annos an  
ni trecenti lxx. impleti sunt. et  
tunc innotuit falsitas illoꝝ deoꝝ  
qui prenunciauerant sectā xpia  
norum futurā vt dictū est. **E**t  
dicit aug⁹ q̄ multi q̄ ante man  
serunt in suspensio cōuersi sunt  
ad fidē xpi. ca. xxi.

**T**ricefima octaua veritas  
q̄ fides xpiana tā insign  
nibus iudicijs inualuit  
vt aliq̄t hominū milia in xpi

nomen mirabili alacritate cūsa  
 venditis suis rebo vt egenis dis  
 tribuerent pposito sancto et ac  
 dentissima caritate ad paupratē  
 voluntariam peruenirēt atq; int  
 frumentes ⁊ sanguinē hientes  
 iudeos se vñ ad mortē pro veri  
 tate certare nō armata potencia  
 h potētiore paciencia ppararent.  
 ca. eodem. **I**ntelligendum tñ  
 q̄tum ad istius declaracōnez q̄  
 paupras potest accipi q̄tuor mo  
 dis. **P**rimo modo pro sola  
 carencia bonoz tēporalium. ⁊ ista  
 nō est v̄tus cum vitiosis melle  
 possit. Unde dicit eccl̄iastica p̄ij.  
 q̄ neq̄ssima paupras in ore im  
 pij. **S**ecundo modo potest ac  
 cipi pro statu sicut illi qui sunt  
 in religione dicunt esse in pau  
 peritate quam assumpserūt. Et  
 isto modo nō est virtus q̄ v̄tus  
 vno actu non acq̄ritur et tamē  
 vnicō actu aliq̄s ad talem statū  
 obligat. et talis etiam obligat  
 cio fieri poss̄ cum fine nō bono.  
**T**ercio modo potest accipi p  
 affectione animi habitual̄ ager  
 gata ex actibz quibz aliq̄s affi  
 citur ad fugam rerum tēporaliū  
 vt possit vacare sapiencie specu  
 latīue a qua retrahit rerum tēpo  
 ralium cura: sicut ctathon p̄hs  
 paupratem docebat. Et sic est  
 virtus moralis sicut temperācia

prout ordinat̄ ad talem finem  
 quemadmodum dicit sapiens  
 in eccl̄iastico q̄ cogitauit a vīno  
 abstrahere animam suā vt t̄as  
 ferret ad sapienciam cor suū ⁊c.  
**E**t si dicatur q̄ beatus ioh̄es  
 dixit ctathon Stultus est iste  
 mundi contemptus. **D**icitur q̄  
 vituperauit finem iactancie quē  
 ctathon intēdebat. **Q**uarto  
 modo potest accipi pro affectio  
 ne animi prout ordinat̄ ad ob  
 seruandum osiliū cristi et ad li  
 bere celestia cōtemplandum. Et  
 sic ponitur inter beatitudines ma  
 thei. q̄nto. ca. **S**ed dicitur du  
 bium q̄re paupras potest esse  
 instrumentum virtutis. et idē  
 nullo modo videtur esse virtus.  
**D**icit̄ autē q̄ videtur esse in  
 strumentū virtutis q̄ non quer  
 ritur gracia sui sed ppter cōm  
 placōz. et eodē modo castitas or  
 dinat̄ ad eundem finem. Et sic  
 dicunt̄ instrumta quia non vir  
 tutes sui gracia sicut sapiencia ⁊  
 amicitia. possunt tamē dici vir  
 tutes secundarie: sicut instru  
 mentum dicitur causa. **H**ic ta  
 mē nulla est pugna nisi de solo  
 nomine inter affirmantes ⁊ ne  
 gantes.

**T**ricefanona veritas  
 q̄ cristus mortuus est  
 duobz geminis osilibz

consulibus viij. kl. april. et resur-  
 rexit tertia die sicut eius apo-  
 stoli etiam sensibus probauerunt  
 Deinde post quadraginta dies  
 ascendit in celum et quinquagesi-  
 ma die post resurrectionem misit  
 spiritum sanctum primo idus mayas a quo  
 annus ipse sumptus incipit. ca-  
 eodem. **I**ntelligendum tamen quod  
 ibi commemorans os aculū falsorum  
 deorum qui dixerunt christianam sec-  
 tam pituā post trecentos lxxv.  
 annos. dicit quod numeratis con-  
 sultibus anni ccclxxv. reperiuntur  
 impleti per eosdem idus a consulatu  
 honorij euticiani. et dicit quod post  
 ea multi pagani christianam facti  
 sunt qui tanquam vera illa diuina  
 one reuocabant a fide. eamque  
 completo numero annorum manē  
 ridendāque viderunt.

**I**ncipiunt veritates ac floes  
 libri decimonimi.

**I**n decimonono libro  
 prima veritas est quod vera  
 beatitudo quam dabit no-  
 bis deus non tamen auctoritate diuina  
 sed ratione etiam qualē possu-  
 mus adhibere propter infideles  
 clarescit. **E**x quo dicto acci-  
 piuntur duo theologica documenta  
**P**rimū est quod beatitudo quam ex-  
 petamus in patria non solum

est habita per fidem sed per rationem  
 naturalem quia dicit quod non solum  
 diuina auctoritate sed etiam  
 ratione. **S**ecundum documentum  
 quod ista naturalis ratio non est sim-  
 pliciter demonstratiua quia di-  
 cit quod ratio est qualem possumus  
 adhibere.

**S**ecunda veritas quod finis  
 boni nostri est propter quod  
 appetenda sunt cetera  
 ipsum autem propter se ipsum. et fi-  
 nis mali propter quem cetera sunt  
 vitanda. ipsum autem propter se  
 ipsum. capitulo eodem. **I**ntelli-  
 gendum est quod ibidem ponit per istam  
 finem diffinitionem que est cuius  
 gracia fit aliquid. vnam diuini-  
 onem de fine determinato et per-  
 fecto. **E**t dicit sic finem boni  
 nunc dicimus non quo consumatur  
 ut non fit sed quo perficitur ut  
 plenum fit. **E**t finem mali non  
 quo esse desinat sed quousque no-  
 tendo producat. et ibidem subdit quod  
 isti fines sunt summum bonum et  
 summum malum. **S**ed contra dicitur  
 huiusmodi quia sicut finis boni est quod  
 intendit bonum agens ita finis mali est  
 quem intendit male operans et tamen  
 ipse nunquam intendit summum malum  
**D**icitur autem quod non intendit  
 de fine quem male operans inten-  
 dit acquirere sed de illo quem  
 malum vitans intendit euitare.



**S**ecundum dubium quod est finis operis mali secundum se. **D**icitur quod pena licet non sit prestituta ab operante: est tamen ordinata a summo instituyente. **U**bi dicit augustinus quod deus bene ordinat culpam per penam.

**T**ercia veritas quod varro posuit quatuor principia scilicet voluptate. quiete. doctrinam. et virtutem. **C**eterum eodem. **E**t ipse dicit quod ipse varro fuit huius sententiae quod nulla causa homini philosophandi est nisi ut beatus sit.

**Q**uarta veritas quod tria sunt genera vite in actibus humanis. **U**num est in contemplatione veritatis non segnitur otiosum. **A**lterum in rebus humanis gerendis negociosum. **T**ertium ex utroque genere temperatum. **E**t dicit quod magna fuit contentio inter philosophos quod istorum esset eligendum. **V**arro tamen dicitur medium elegisse. **C**eterum circa medium.

**Q**uinta veritas quod varro posuit in nobis duo scilicet animam et corpus: et animam corpore meliorem. **D**icit autem hominem esse non solum corpus sed etiam solam animam sed animam et corpus simul. **E**t ideo posuit felicitatem hominis ex bonis utriusque.

corporis scilicet et anime constantem. **C**eterum **I**ntelligendum est quod beatitudo dupliciter accipitur a philosophis. **A**ut pro optimo hominis statu. **E**t ita dicit boetius quod eius status est omnium bonorum aggregatione perfectus. **A**ut pro optimo actu. **E**t ita loquitur aristoteles de ipsa primo et decimo ethicorum. **S**icque dicitur operatio optima optime partitae et secundum optimam virtutem. **N**unc autem in proposito varro loquitur de beatitudine non pro actu sed pro statu quia constat quod talis operatio de qua hic loquitur aristoteles est solius anime.

**S**exta veritas quod virtus appetit seipsam omnia appetit simulque se ipsam omnibusque simul utitur et se ipsa eo fine ut omnibus proficiatur. **C**eterum eodem. **S**ed contra dubium quomodo virtus appetit omnia propter se ipsam cum ipsa non sit ultimus finis. **D**icit autem quod non intelligitur appetere propter se ipsam nisi bona visibilia que sunt ordinata ad virtutem. **S**ecundum dubium quod quis debet uti se ipsa ut omnibus proficiatur cum frui non liceat nisi divina essentia. **D**icitur quod hic accipiuntur omnia ut continentur supereminenter in divina essentia. **E**t sic sunt idem quod ipsa divinitas secundum quod communiter dicitur.

**S**extima veritas quod omnium bonorum anime vel corporis nichil sibi omnino virtus imponit. ca. iij. et h<sup>o</sup> ibi probat quia virtus bene alius virtutibus ut proficiant que sine virtute non proficiunt ad beatam vitam. **E**x quo dicto habet quod bonum virtutis licet non sit ita notabile in se secundum naturam tamen est magis eligibile quam aliquid quod pertinet ad animam vel ad corpus. **E**x quo sequuntur due conclusiones. **P**rima quod pro bono virtutis est vita corporalis exponenda. **S**ecunda conclusio quod vita anime quantum ad esse non est etiam si deberet perpetuo amichi laci quod nullum istorum virtus sibi imponit.

**O**ctava veritas quod aliqui beatam vitam prohibent esse socialem id est que amicos bona propter se ipsam diligit sicut sua eisque propter se ipsos hoc velint quod sibi siue in domo ut coniunx et liberi et quicumque domestici siue in ciuitate ut sint hi qui ciues vocantur siue in toto orbe ut sint gentes que ei societates humana coniungit. ca. iij. post medium.

**N**ona veritas quod virtus que omnium bonorum culmen sibi vindicat hu-

manorum nichil hic agit nisi perpetua bella cum vicibus maxime illa que temperantia virtus qua frenantur inquit carnales libidines nec bellat cum vicibus exterioribus sed interioribus. **E**t ideo dicit quod nullus in hac vita potest esse beatus cum tali bello intestino. ca. iij. **E**x quo dicto accipiuntur duo moralia documenta. **P**rimum est quod temperantia est virtus arduissima quia habet inquit cum vicibus bella maxima. ideo dicit saluator qui potest capere capiat. et nemo potest esse continens nisi deus det. **S**ecundum documentum quod in hac vita non potest esse perfecta virtus heroica quod dicit quod propter culmen passionum et pugnam nemo potest hic esse beatus. et tamen heroica ponitur a talibus passionibus liberatus.

**D**ecima veritas quod iusticie munus est vnicuique sua tribuere unde fit inquit in homine quidam iustus ordo nature ut anima subdat deo caro anime et caro cum anima deo. ca. eo de. **I**ntelligendum tamen quod secundum dictum beati augustini in isto capitulo quatuor sunt gradus iusticie. **P**rimus est iusticia monastica que est eiusdem ad se et secundum istam regit corpus

per animam et anima p nobilis  
simam sui potenciā. **S**cds est  
iusticia pconomica fm quā pat  
familias iuste regit illa que per  
tinent ad suā familiam vel domū

**T**ercius est iusticia politica  
fm quam pnceps gubernat rem  
publicam. **Q**uartus est iusti  
cia ierarchica q̄ sit in distribu  
tione cuiuslibet ierarchie vt pote  
in eccliaistica ierarchia. fm istā  
anima dicit h̄ subdita deo.

**D**ecima veritas q̄ for  
tudo ē testis humanorū  
malorū que oppellit paciē  
ter tolerare mala pro anima: q̄  
stoyci inq̄t nescio q̄ fronte non  
esse mala ostendunt: quibz fatē  
tur si tāta fuerint vt ea sapiēs  
non possit vel nō debeat tolerare  
togi eam mortē sibi met inferre  
atq; ex hac vita emigrare. ca. eo  
dem. **M**tos aut̄ t̄probat ibi  
dem inducens exemplū cathoīs  
quī victus a cesare non valens  
eius portare victoriam se ipsum  
pemit: plus ductus impaciēcia  
q̄ paciēcia. **I**ntelligendum  
tñ q̄ ibidē distinguūt inter erro  
rem stoycorū quī ista mala nega  
bant: et errorem platonicorū et  
errorem pipateticorū quī ea esse  
mala contendebant h̄ dicebāt  
ap̄ter nimietatē talium malorū  
debere sibi mortē inferre. **E**t

adiungit q̄ exprobrando istis  
phis magna vis est in eis ma  
lis que fortitudinē faciunt ho  
micidam: si tamen dicenda est  
fortitudo q̄ ita malis vincitur vt  
hominem quē virtus tuendum  
regendumq; suscepit non possit  
per paciēciam custodire sed ip  
sum insup cogat occidere. **I**tem  
ibidem dicit q̄ nil melius v̄  
lius reperitur virtute q̄ q̄to ma  
ius adiutorium ōtra periculum  
tāto fidelit̄ testimoniū miseriarū

**D**odecima veritas q̄ pap  
d̄ est incertū bonum quia  
corda eorum cum quibz  
eam tenere volumus ignoramus  
et si hodie nosce possemus quā  
lia cras futura essent nescirem̄.  
ca. q̄nto. **M**ltius aut̄ racōz as  
signando adiungit q̄ mille sūt  
ocultorū insidie q̄s lex q̄ latet in  
similacōe officij ā in aliq̄ n̄cū  
bnis noīe phibet. nam eū inq̄t  
q̄ palam est adūsarius facillime  
vitare potes.

**T**erciadecima veritas q̄ d̄  
t̄ aliq̄s torq̄tur ad vitatē  
inueniendam rei occulte  
quandoq; innocens luit pro in  
terto scelere certissimas penas:  
non quia illud commisisse dect̄  
gic sed qz nō commisisse nescit̄  
ac per hoc ignorantia iudicis  
pletumq; ē calamitas innocētis

Et quod est intollerabilius in-  
quit magis q; plangendum est  
rigandumq; si fieri posset fons  
sib; lacrimarū cum p̄p̄era iu-  
dex torqueat accusatū ne occi-  
dat nesciens innocentē sit pig-  
norancie miseriam vt et tortū  
et innocentē occidat quem ne  
innocentē occideret torserat quo  
dampnato et occiso vt nocens  
tem vel innocentē occiderit ad  
huc nescit. ¶ Et sequit̄ verbū  
augustini q; ad istud officium  
ostendit humana societas. Et  
ibi adiungit duas miserias. ¶  
Vnam q; hij qui arguunt vi do-  
lois plerūq; supati et de se fal-  
sa confessi eiam puniunt̄ innoce-  
tes cum iam torti fuerint inno-  
centes q; si morte non puniant̄  
in ipsis vel ex ipsis tormētis ple-  
rumq; moriuntur. Aliam q; et  
ipsi qui arguunt ne crimina im-  
punita sint humanē societati for-  
tasse p̄desse cupientes et men-  
sientib; testib; reo q; ipso extra  
tormēta durante immaiter nec  
facente pbare qd obiciunt non  
valentes q̄uis vera obiecerint  
a iudice nesciente dampnant̄.  
¶ Ex quib; cum alijs q̄  
habent̄ in hoc capitulo accipiū-  
tur q̄tuor ciuilia documenta. ¶  
Primum est q; ad gubernandū  
rem publicam necessarie sunt ta-

les torhones q̄s iura ciuilia vo-  
cant questiones. Dicit enim q;  
ad illud compellit humana soci-  
etas cuius cōseruacionem inten-  
dit ius ciuile. ¶ Secundū do-  
cumentū q; qui p̄ponit iudicia  
liter qd non potest pbare debz  
penam similem sustinere q̄uis  
sint vera quia occulta manifestā-  
tanda non sunt. Ideo dicit q;  
alia pena est qn alijs ex defectu  
testimonij extra veritatē damp-  
natur. ¶ Tertium documentum  
q; talia supplicia q̄ predicta sunt  
exercere siue nocentes siue in-  
nocentes fm modum a iurē pre-  
fixum non est peccatum qz dicit  
ibi aug<sup>9</sup> q; iudex sapiēs ista nō  
facit nocendi auaritate s; nesci-  
endi necessitate. vñ ipsum excu-  
sat ex intēcione. ¶ Quartum  
documentum q; iudex iudicans fm  
allegata et non fm cōscienciam  
nō peccat. qz ad ista compellit  
humana societas in iure ciuili.  
sicut ad torquendū innocentē.  
Et ideo eadem racione iudex p̄-  
cedens fm instituta iuris excusa-  
tur. ¶ Intelligendū eiam q;  
ibi dicit q; qn iudex ista facit  
cum displicencia odiens in hoc  
humanam miseriam et recogno-  
scēs eam parum est vt sit excu-  
satus si nō sit et beatus.

**Q**uartadecima veritas q;

magna dei misericordia necessaria est ne quis qui cum bonos angelos amicos sibi habere putat habeat malos demones fictos amicos eosque tanto nocentiores quanto astuciores et fallaciores paciat inimicos. ca. x. an. finem.

**Q**uintadecima veritas quod finis bonorum nostrorum est pax et tantum est pacis bonum ut in terrenis rebus atque mortalibus nichil graciosius soleat audiri. de siderabilius concupiscimus nichil postremo melius inveniri. capitulo p. In quo ponit duo notabilia dicta de pace. Primum est quod optatus finis belli est pax. Secundum quod pacem cum suis omnes homines cupiunt habere quod tamenque sint alijs molesti. Et ista habent in textu.

**S**extadecima veritas quod superbia imitatur deum peruerso modo. obit namque cum suis equalitatem sub illo sed imponere vult dominationem suam pro illo. ca. xij. Intelligentium est tamen quod superbus non imitatur deum secundum perfectionem sicut virtuosus sed secundum ambitionem cupiens honorem proprium deo hinc fuit dictum de primo angelo.

**D**ecimaseptima veritas quod pax omnium rerum est tranquillitas ordinis. ca.

capitulo xij. **I**ntelligendum tamen quod plures paces ibi diffinit in particulari aug. Primo enim dicitur quod pax corporis est ordinata partium temperantia. Secundo quod pax anime rationalis est ordinata cognitionis actionisque consensio. Tertio quod pax anime et corporis est ordinata vita et salus animantis. Quarto quod pax moralis hominis est in fide ordinata sub eterna lege obedientia. Quinto quod pax generaliter est hominum ordinata concordia. Sexto quod pax domus est ordinata imperandi et obediendi concordia habitantium. Septimo quod pax civitatis est ordinata imperandi et obediendi concordia civium. Octavo pax celestis civitatis est concordissima et ordinatissima societas fruendi deo et imitandi deo. Nono pax anime irrationalis est ordinata reges appetituum. Decimo quod pax omnium rerum est tranquillitas ordinis.

**D**ecima octava veritas quodordo est parium dispariumque rerum sua cuiusque loca tribuens dispositio. capitulo xij. Sed oritur dubium quod licet inter res disparias sit ordo tamen inter pares ut pes sunt non videtur esse ordo cum ordinata inquam talia sint disparia ut videtur.

**D**icitur autem qd hic nō acci-  
 pitur par et imp vt sunt diffe-  
 rencie numeri quia ordo videtur  
 transcendere genus numeri. nec  
 pro equali & inequali quia ordo  
 transcendit totum genus q̄tita-  
 tis. sed intelligo parium dispa-  
 riumq; verum qz in omni ordie  
 est inuenire inter extrema p̄mo  
 respectum equipancie. Et ideo  
 dicit qd parium. secundo respec-  
 tum disquipancie. et ideo dicit  
 imparium. qm̄ em̄ aliqua sunt  
 ordinata oportet qd sint p̄nu-  
 merata qz plura. et omnia plura  
 conueniunt in vna ratione conuni-  
 vt plura entia in entitate et ita  
 prius ens & posterius ens. & fm̄  
 hoc est inter oīa ordinata & for-  
 mitas equipancie sed inq̄tum  
 est ibi prius et posterius sequi-  
 tur respectus disquipancie sicut  
 et in numero proprietates dis-  
 tinguunt et ideo sequuntur raci-  
 onem conunem. **S**ecundum  
 dubium q̄re dicit sua cuiq; loca  
 tribuens cum multa sint ordi-  
 nata fm̄ numerū que non sunt  
 locata. et locatoꝝ ordo p̄pter lo-  
 corum varietatē non mutat. **T**  
 dicit aut qd hic accipit locatū  
 pro situatioe p̄fectionali in gra-  
 dibus vniuersi. Et fm̄ ipsum talia  
 dicunt sic locata in terminis su-

arum diffinitionū. Sed rema-  
 net dubium quare dicitur ordo  
 dispositio cum nō sit qualitas.

**D**icit qd nō accipitur hic dis-  
 positio pro qualitate. cum ordi-  
 nis ratio sit respectiua et hic po-  
 nitur dispositio in diffinitione  
 ordinis loco generis sed accipi-  
 hic dispositio pro habitudine.  
 quia sicut dispositio nō est sui  
 gratia ita habitudo dicit tendē-  
 cia terminū et sic patet tota dif-  
 finitio ordinis.

**D**ecima nona veritas qd  
 dolere est testimonium boni  
 adempti et boni relictū.  
 Nisi em̄ ait bonum relictū esset  
 bonum amissum dolere non possit  
 ta eodem. Et quo dicto accipit  
 documentum qd q̄to natura est  
 nobilioꝝ tāto pena illi inflicta ē  
 peior. qz signum est inq̄t boni  
 Et ideo ostenditur qd cruciatus  
 angeloz est peior q̄ hominū. et  
 anime intellectiue q̄ sensitiue.

**V**icesima veritas qd ho-  
 mo cui anima rationalis  
 inest hoc totū qd habet  
 conune cum bestiis subdit paci-  
 anime rationalis vt mente ali-  
 quid contēpletur. ca. xiiij. **E**t  
 quo dicto accipit documentum  
 qd illi homines in quibus vires  
 sensitiue dominantur non sunt  
 idonei ad v̄sā & contemplatiuam.

**U**icesima prima veritas ē  
 q̄ ordo pacis est p̄mum  
 vt nulli noceat: sed̄m vt  
 p̄hit cui poterit. capitulo eodē.

**E**x quo accipiunt̄ due regule  
 iuris naturalis in quib̄ omnia  
 iura positiua fundant̄: vna af-  
 firmatiua: et alia negatiua.  
**A**ffirmatiua ē vt quisq; alteri  
 p̄hit q̄m potest. **N**egatiua vt  
 nulli noceat inq̄tum valet: q̄s  
 regulas cristus ponit in euang-  
 gelio q̄m dicit **D**umna qūcūq;  
 vultis vt faciant vob̄ homines  
 et vs facite illis. et quecumq;  
 non vultis vt faciant vobis no-  
 lite facere illis.

**U**icesima sec̄da veritas q̄  
 conditio seruitutis iure  
 intelligitur imposta pec-  
 catori quia dicit q̄ nulq; in sc̄p̄  
 turis seruum legimus anteq̄ h  
 vocabulo noe iustus peccatū filij  
 vindicaret. **E**t dicit ibidē q̄ no-  
 men serui culpa meruit non na-  
 tura. capitulo xv. **E**x quo dic-  
 to accipiuntur duo politica docu-  
 menta. **P**rimum est q̄ ser-  
 uitutis inductio non est illicita  
 quia dicit q̄ seruitutē culpa me-  
 ruit nō natura. **S**cd̄m docu-  
 mentū q̄ filij seruoꝝ nō vident̄  
 sbiciendi fuituti q̄ nullā culpā  
 omiserunt vel etiam ot̄perūt  
 cum culpe seruoꝝ p̄cto parentum

nō ot̄rahantur. alioq̄n vero lice-  
 ret ita pro peccatis filios int̄fici  
 ci sicut redigi in seruitutē. **E**s;  
 oritur dubium cum libertas sit  
 omnib̄ data de iure naturali vt  
 hic dicit q̄ seruitus est p̄ter na-  
 turam quō ius positiuum potest  
 iuste auferre q̄s datū est a iure  
 nature. **D**icit̄ autē q̄ sicut mā-  
 bra sūt data a natura et vita ma-  
 gis est prius naturaliter q̄ li-  
 bertas tā possunt auferri p̄ter  
 culpam: ita in p̄posito. si actio hu-  
 ius est q̄a ius naturale diuidit  
 hominib̄ pacem omnem et li-  
 bertatē et magis precipit omni-  
 nem pacem q̄ p̄p̄iam aliam  
 libertatē. et ideo si aliqui nō pos-  
 sunt vtramq; simul habere de-  
 bent minus p̄ceptum infringere  
 etiam s̄m dictamen iuris natu-  
 re. **E**t ideo vt omnis pax maḡ  
 habeat cum mal̄ est licite serui-  
 tus introducta. **I**ntelligendū  
 etiam q̄ ibidē dicit aug⁹ q̄ s̄m  
 linguā latinā s̄m dicti sunt a  
 seruando q̄ illi q̄ iure belli pote-  
 rat a victoib̄ occidi seruabātur  
**E**t sic seruitus fuit introducta  
 melius q̄ mors.

**U**icesima t̄cia veritas q̄ s̄m  
 ai⁹ seruit̄ hōi q̄ libid̄m  
 cū libido inq̄t seruissio d̄nata val-  
 tet corda mōaliū. **E**t isti⁹ serui-  
 tutis atrocitas ostendi⁹ dupl̄m

**Q**uoniam quod cum voluntas non  
 fita sit ita libera ut non possit  
 ab aliqua causa citra deum com-  
 pelli nec etiam sine aliquo a deo  
 tamen seruitus libidinis ita ip-  
 sam subiugat successiue ut post-  
 quam ei fuerit per consuetudinem sub-  
 missa tenet ipsam sicut captiuam  
 ut faciliter vincat ab omni ma-  
 lo et pereat quasi coacta. **S**e-  
 cundo quia in ceteris dominis  
 quanto melius et facilius seruit ali-  
 quis domino suo tanto melius  
 tractat et melius remunerat a  
 domino suo. In ista autem tiran-  
 nide qua voluntas compellit ad  
 seruiendum libidini quanto perfec-  
 tius exequitur eius preceptum tanto  
 forcius in fine operis excre-  
 scit.

**Q**uoniam quod tria veritas quod  
 inique dominantes gau-  
 dent se appellari patres  
 familias. **E**x quo dicitur  
 accipiuntur duo notabilia docu-  
 menta. **P**rimum est quod prin-  
 cipes boni magis debent delectari  
 in clemencia quam in honoris glo-  
 ria quia nomen patrisfamilias  
 non est nomen honorificum sed  
 beneficium. **S**ecundum documen-  
 tum est quod boni principes debent  
 patrisfamilias in quantum pos-  
 sunt in familiaritate et cura assi-  
 milari quia in quantum hoc nomine

gaudet. **U**nde refert quod comites  
 berengarium patrem non domi-  
 num appellabant prouincie in  
 morte eius mestissime vllulan-  
 tes.

**Q**uoniam quod tria veritas quod  
 sicut non est beneficencie  
 adiuuando efficere ut  
 bonum quod maius est amittat  
 ita non est innocencie peccando si-  
 nere ut in malum grauius inci-  
 dat. pertinet ergo in quantum ad inno-  
 centis officium non solum nemi-  
 ni malum inferre sed etiam et  
 cohibere a peccato vel punire peccatum.  
 ut aut ipse qui peccati corrigat  
 exemplo aut alij terrentur  
 exemplo. **E**x quo  
 dicto accipiuntur quatuor moralia  
 documenta. **P**rimum est quod quoniam  
 aliquis vult aliquem adiuuare ad  
 aliquod bonum habendum conside-  
 rare debet ne ex illius acquisitione  
 maius bonum amittat et simi-  
 li modo si iuuat ad vitandum  
 malum considerandum est ne in  
 maius malum incidat quia ali-  
 quis eius adiutorium magis no-  
 ceat quam proficeret. **S**ecundum docu-  
 mentum quod melius est malum sta-  
 tim corrigere quam correctionem dif-  
 ferre contra platos qui diu celant  
 subditis debitum suum donec ha-  
 beat unde possint euadere pu-  
 niri sicut plage putrescunt quoniam



non curant. Vñ dicit augustinus  
 q̄ non p̄tinet ad innocentē fine  
 re malum. **T**ercium documē  
 tum ē q̄ duo sūt q̄ p̄tinet ad p̄  
 latum respectu subditi. **P**ri  
 mum est eum preseruare a p̄ccō  
 ei precauendo de mali oportunita  
 te et ideo dicit q̄ debet cohibere  
 subditū a peccato. **S**cōm est  
 punire p̄ccm quia dicit q̄ sicut  
 debet cohibere p̄ccā ita et punire  
**Q**uartū documētū q̄ dupli  
 ci ex causa debet p̄latus punire  
 peccatum subditi scz ad corrigē  
 dum punitū et ad terrendum a  
 lium vt iste inquit corrigat ex  
 p̄pimento: et alter terreat exem  
 plo. et ideo q̄uis correctio non  
 expectetur eius qui plectit. tam  
 p̄pter exemplum nō est in eo cor  
 rectio obmittenda.

**V**icesimasexta veritas q̄  
 v̄ omne initium ad aliquē  
 sui generis finem et ois  
 ps ad vniuersum cuius est pars  
 refertur. id circo par domestica  
 reducit ad ciuilem. ca. eodem.  
**E**x quo dicto accipiuntur duo  
 moralia documēta. **P**rimū  
 est q̄ omnis pars debet regulari  
 s̄m leges sui totius q̄a omnis  
 pars inqt̄ reducit ad vniuersū  
 cuius ē pars. **S**cōm do  
 cumentum q̄ bonum p̄tialat̄ or  
 dinat̄ ad bonum commune et mi

nus cōmunē ad maius cōmunē  
 quia in finem sui generis reduci  
 tur sicut bonum p̄sone in bonum  
 domus et bonum domus in bonū  
 ciuitatis s̄m hic data exempla  
**I**ntelligendum est tamen q̄  
 hic videt̄ accipi ratio necessaria  
 ad ostendēdum q̄ ratio natural̄  
 deducit vnā debē esse monarchiā  
 in hoc mundo si ratio augustinū  
 aliquid valet. non em̄ probat  
 q̄ bonum domus reducit ad bo  
 num ciuitatis nisi qz domus est  
 ps ciuitatis sed ita est ps totū  
 vniuersū vnum regnum sicut do  
 mus vnius ciuitatis. Et ideo si  
 aut bonum vnius domus est p̄t̄  
 bonū ciuitatis ita bonū vni⁹ reg  
 ni est p̄t̄ter bonum totius mun  
 di. et tūc bonum istū totius vni  
 uersū nō potest intendere regulā  
 do nisi ille qui h̄z p̄ncipatū in v  
 niuerso sicut bonum regni vnius  
 nō potest ordinat̄ nisi ille q̄ p̄nci  
 patur in tali regno.

**V**icesimasextima veritas  
 q̄ ex scripturis veterib⁹  
 et nouis q̄s canonicas  
 appellamus fides accepta est ex  
 qua iustus viuit. ca. xviii. **E**x  
 quo accipit̄ documētū q̄ cum  
 omnium istarū scripturarū sit aue  
 toritas vna q̄cumqz negat aliq̄d  
 in diuina scripturā cōtētam negat  
 fidē acceptam ex ea.

**V**icesima octava veritas  
 q̄ episcopatus nomen  
 est operis non honoris  
 quia dicit q̄ episcopus grece la-  
 tine dicitur superintendens capitu-  
 lo p̄r. **E**t ibid̄ dicit q̄ istam  
 sarcinam si nullus imponit reci-  
 piendo atq; inueniendo vacan-  
 dum est veritati. Si aut̄ impo-  
 nitur recipienda est p̄pter cari-  
 tatis necessitate sed nec sic om-  
 nimodo veritatis dilectio deserte-  
 da est ne subtrahat illa suauita-  
 tas et opprimat ista necessitas  
**E**x quo dicto accipiuntur duo  
 documenta. **P**rimum est q̄  
 episcopatus fastigiū nō est pro-  
 sequendum cum nō imponitur  
 ymo omnis qui ipsum p̄sequit̄  
 omnino est repellendus. quia  
 dicit q̄ tunc magis est vacan-  
 dum veritati. **S**ecundū docu-  
 mentū q̄ cum imponit nō debet  
 ab illo qui potest p̄desse refutari  
 non aspiciendo ad utilitate suā  
 sed ad alior̄ caritate. **I**ntelli-  
 gendum tñ q̄ s̄m beatum aug<sup>m</sup>  
 in isto loco episcopus non debet  
 totaliter sic vacare vite actiue  
 vt totaliter amittat vitā contē-  
 platiuam ne opprimat illa necē-  
 sitas si veritas totaliter amit-  
 tat vt p̄dictum est.

**V**icesima nona veritas q̄  
 illud qd̄ iure fit p̄fecto

iuste fit. quod autē iniuste nec  
 iure m̄t fieri potest. Non em̄  
 ait iura dicenda vel putanda  
 sunt iniqua hominū instituta.  
 ca. xxi. **E**x quo accipit̄ docu-  
 mentū q̄ non omne institutū a  
 principē potest habere iuris racō;  
 quia potest ferre legem iniustā  
 de facto. et tñ vt hic dicit̄ nisi  
 s̄m rectam racionem volūtas p̄n-  
 cipis fuerit regulata non potest  
 habē iuris racō;

**V**icesima veritas q̄ dis-  
 t̄ cum fuissent a paganis  
 requisiti de cristo circa  
 principium fidei dixerunt eum  
 piissimū et immortalem factum  
 et cū bona p̄tione xp̄ianos dig-  
 erunt esse pollutos erroribus.  
 ca. xxiij. **E**t dicit̄ ibidē q̄ in  
 deos fuit discordia de cristo. qz  
 appollo asseruit xp̄m esse malū  
 et a iudeis iudicib; recta sentē-  
 tiā iuste dampnatum. Alius  
 aut̄ sc; deus hechates dixit cū  
 piissimum. quoz neutrum ait  
 aug<sup>9</sup>. alias recipimus nec istū  
 laudantem nec illum vituperan-  
 tem. :.

**V**icesima p̄ma veritas q̄  
 s̄m dicta porphirij debe-  
 mus vitam que deus ē  
 adorare. p̄ces ad ipsum facere  
 p̄ imitationem et inquisicō; in-  
 quisicio m̄t purgat s̄ imitationē

deificat affectionem sicut porphiri  
um. ca. xxiiij. **E**t istud dictum  
non reprobatur ibidem sed commē  
dat aug<sup>9</sup>. **E**x quo dicto acci  
pitur argumentū quod circa deum  
specialiter est actus volendi quod  
intelligendi quia inquirere pertinet  
ad cognitionem et imitatio ad vo  
litionem; cum dicit quod imitatio deificat  
affectu.

**T**ricefimasecunda veritas quod  
